



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rosa In Hieme

Mertz, Martin

Antverpiæ, 1627

Capvt VII. Placidè in Christo obit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42750

primùm se ex mortali hac vita in cælestem
à Sponso suo euocandum ; quod & conti-
git. Ita famulus Domini obitum suum Fra-
tribus antè prædixisse fuit repertus.

C A P V T VII.

Placidè in CHRISTO obit.

CVM itaque obitus hora, quæ fuit circa
decimam diei, iam adesse festinaret;
subito VVILHELMVS, oculis suauiter in
dextram directis, in diuturnam rapitur ec-
stasim, in qua Deiparam, DD. Catharina
& Barbara latera stipantibus, vidisse dice-
batur, & satis etiam notari ac deprehendi
potuit. Sed is totus dulcedine animi lique-
factus, ad se reuersus vix dum fuerat, cùm
subito candelæ pro more ad mortis horam
accensæ in oculis coram adstantium extin-
guuntur : post aliquantum verò temporis,
VVILHELMO in mortis agonem ingresso,
vltrò iterum accensæ lucere cœperunt;
quod Angelicis factum manibus, sicut &
prius diabolicâ inuidiâ, nequaquam ambigi-
mus. Hac ergo ratione pius & sanctus Fra-
ter inter spiritualis Patris sui Georgij Kurtz
cōplexus viā vniuersę carnis ingressus, placi-
dè in CHRISTO obiit quinto Kal. Aprilis,
anno à salute humano generi restitutai 588.

F 4 C A-